



9





an 55 56.
Honoribus auspiciatissimis

Juvenis

A virtute, doctrinâ ac eruditione commendatissimi

DN:

GOTTLIEBII PELARGI,

DNi, Dis,

CHRISTOPHORI PELARGI, &c.

unicè superstitis FILII;

Cum ipsi

RECTORE MAGNIFICO,

CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

VIRO,

DN. M. CHRISTOPHORO

NEANDRO, Professore Ethico Publ. &

Facultatis Philosophicæ Seniore,

à

Speçtabili & Clarissimo Viro,

DN. M. BENJAMINE URSINO,

Mathematicum Professore Publ. ac pro tempore

DECANO,

XX. Januarii An. orbis redempti M. D. CXXXI, in

incluta Marchionum Brandenburgensium

Academii,

Summus in Philosophia Gradus solenniter

conferretur,

benè precantur

Pater, Cognati, Adfines, Amici.

Typis

MICHAELIS KOCHII,

Ad Filium
GOTTLIEBIUM

COR Patris ad Gnatum loquitur, quis verba re-
quirat?

Si tamen & verbis est opus; addo tria.

Non satis ascendisse gradum, sublimius ire,

Scamma novum studiis in filiis juvat.

Scala viam signat, seu prorsum sive retrorsum,

Qui non progreditur longius, hic rebitat.

Surge gradu hoc positus, verum ad coelestia surge,

Fixa precor ceptis meta sit ista tuis.

Pater Pelargus.

Præstantissimo atq; Doctissimo

D N O.

GREGORIVS PELARGO

amico suo.

P Aupertina mihi vena est: Tibi fluminis instar
Carmina ad arbitrium, docte PELARGE, fluunt.
Et tamen exspectas, mea se vox misceat illis:
Quorum splendescit laus tua carminibus.

Accipe pauca, sed ex imis deprompta medullis:

Sis meritis clarus, par & honore PATRI.

P ATRI, quem supra coelos tulit enthea virtus:

Hæc eadem quoque T E gloria ad astra vehat.

GREGORIUS FRANCUS

S. T. D.

ALIUD.

E ffoetopullus confert alimenta PELARGO

Ingenitâq; alis fert pietate senem:

Macte DEUM DEAMANS juvenis virtute PELARGE

Illustrem meritis ferq; referq; Patrem.

Esca quod ipsa fami, talis fili enthea fama

Spes Patria, Patris gloria, prolis honos;

Phœbeâ castris ridimitus tempora lauru,

Prospicis, Eusebiam Patris honore colat.

Nomen habes deamando Deum vestigia Patris

Præclari calca industrius, omen habes.

CTR. HERDESIANUS J. II. D.

& Antecess.

A 2

Præstan-

Præstantiss. & Doctiss. Juveni
DN.

GOTTLIEBIO PELARGO,

*Philosophiæ Candidato, Adfini exoptatissimo, de
gradu MAGISTERII lubens meritoque
gratulatur,*

GOTLIEBI, generis lumen, columenq; Tuorum,
*Aonidum, ac Charitum, Phradmosynesq; decus,
Mascula qui superes soboles, spes unica Patris,
Ipse PELARGORUM finis & ipse caput;*

Adfinis dilecte DEO, dilecte Tuisq;

GOTLIEBI, ò anima portio magna mea:

Parnassi tandem super àsti culmina victor,

Premia & assiduo parta labore capis,

Premia Laurigeri qua confert nomine Phœbi,

Praclari URSINI lingua & amica manus

Namq; virescenti cingit tua tempora lauro,

Et gaudet Claris TE sociare Viris,

TE Sophiæ dignum pronunciat ore Magistrum,

Pluribus exornat muneribusq; Gradum:

Unde domus tristis satis hæcenus alma Parentis

Se luctu solvens gaudia multa capit.

Letus ut hoc anno maturæ Vinitor uvæ

Cor recreat vino latificatq; novo:

Ingentem sic nostra domus quasi mortua primum

Latitiam cepit nunc rediviva novam,

Utq; premas Clari vestigia clara Parentis

ANCHISÆ ÆNEAS sis pius atq; seni,

Ex animo mecum vovet, ingeminatq; subinde

Vota: sed ò votis annue CHRISTE piis.

ELIAS REEVALDUS U. J. D.

& Acad. Synd.

HONORI

Honori
LITERATISSIMI ET
PRÆSTANTISSIMI

DNI.

BOZZEJEB PELARGI.

Magni PELARGI progenies pia,
Jedid-Ja Hebræis, Helladi Theôphile,
[Indicte Romæ] Tuto Gottlieb/
Atque Bogumile Sarmatarum;
Quam destinavit docta Quiritium
Corona laurum temporibus tuis;
Hanc Phœbus, & Phœbi Sorores
Conciliante dant DECANO,
Aut fallor, aut sic spem Patris unicam
Implere satagis, dum premis impiger
Vestigia ardoris Paterni
Ingenii studiiq̄ ductu.
Quondam Entheatæ Theologiae sacra
Sagaci Aleiptæ sic etiam Tibi
Tiara cedet, quâ coruscat
Canities veneranda PATRIS.

F.
M. BENJAMIN VRSINUS
DECANUS & PROMOTOR.

207

II.

Auff den Namen GOTTES:

Des ersten Psalms
Inhalt.

WER GOTTES IZEB ist vnd heist/der helt Gottes
Wort in Ehren/ (ren/
Auff Liebe gegen Gott: thut sich an nichts keh.
Was Gott zuwieder ist: Wer aber hasset Gott/
Derselb' ist OHNE GOTT / vnd wird der Ver-
let Spott.

Der Psalm selbst.

WIdem/ dessen Gemüt/ gar kein Gottlos' einrahten/
Kein Rundschaft/ kein gespött verleit zu schänden thaten:
Ben dem Gottes Gesez/ auff Gottes willn gegründ/
Geschrieben in des Herz/ allzeit im Mund sich find!
Er ist gleich wie ein Baum / (bey welchem her thut rinnen
Ein frische Wasserbach) der nie hört auff zu grünen/
Nurweg' ist blätterreich/ vnd zu bequemer zeit
Den kargen Ackersman mit reiffer Frucht erfrewt.
Diz ist der Frommen art. Aber die Missethäter/
Nuthwilliglich verblende/ ihrs eignen Heils Verräther/
Die sind gleich einem Staub / den leicht ein Zwirbelwind
Hin vnd her durch die Luft verwehet gar geschwind.
Wenn für die Urtheilsbank man einest nu wird kommen/
Wie ängstig wird da stehn die schaar der Unfrommen!
Denn GOTT die Tugendt IZEBt / vnd was nach Tu-
gendet strebt:
Gleich wie er Sünde hasset/ vnd den der sündig lebt.

Ad

Ad Doctiss.
DN. M. GOTTLIEBIUM
PELARGUM, ex fratre nepotem, &c.

N Il cunctanter agis, vestigia pressa Parentis
Dum sequeris, tibi nunc Laurea prima datur.
Laurea suppeditans stimulos meliora sequendi
Eusebiæ ut posthac templa subire queas.

Nec velut ad scopulos isthæc mens fixa quiescat;
Acriter urgentem palma petenda manet.

Sicque animum Patris senio curisque refertum
Suaviter exhilara spes adamata senis.

Interea strepitus inter Martisque furores
Sit Musis sedes, Pax & amœna quies.

O Pater, ô Pacis dator optime, Patria Pacem
Impetret! optatâ posse quiete frui.

Navis ut & Christi variis quassata procellis
Ad portum acceleret perfugiumque sacrum.

deproperabat

CHRYSOST. PELARGUS.

P Er multi ascendunt ad summum culmen honoris
Sedulitate suâ,
atq; labore.

Tu quoq; jam ascendis, mihi sanguine junctæ propinquo,
Sedulitate tuâ
culmen honoris,

Ut tibi perfausta & felix ascensio talis
Sit, precor ex animi
Sede serenâ.

Et precor ut, Jovæ suffragio honoribus istis
Secula longa tibi
accidat uti,

Quo possis multis mortali semine natis
In servire bonâ
Palladis arte.

Paucula hæc honoribus Amitini sui
amantissimi accinebat

JOHANNES CHRISTOPHORUS MÖSLERUS
Sedinensis Pomeranus.

Avunculo suo charissimo,
Dno.

GOTTLIEBIO PELARGO,
arrum Magistro sollemniter renunciato,

TE que Tuumque Gradum, suavissime Avuncule,
maçtent

Laude, quibus venam magnus APOLLO dedit;
Balbutire licet sed me tria verba pusillum:

SIE JOVÆ, lit AVI, Laus tua, NOSTRA, precor.
Debiti honoris ergò

E.

ELIAS · CHRISTOPHORUS
REWALDUS.

— (o) —

ULB Halle
002 677 830

3



56


Nv 1999

(1/69.)

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13



an 55 56.

spicatifsimis

ditione commendatissimi

PELARGI,

RI PELARGI, &c.

itis FILII;

MAGNIFICO,

XCELLENTISSIMO

STOPHORO

essore Ethico Publ. &

osophicæ Seniore,

Clarissimo Viro,

MINE URSINO,

re Publ. ac pro tempore

CANO,

edempti M. D. CXXXI, in

Brandenburgensium

demil,

phia Gradus solenniter

rretur,

orecantur

ti, Adfines, Amici.

IS KOCHII,